

1635 [März 24.], "Nono Kalendas Aprillis", Mailand A  
 SCHREIBEN VOM [STUDENTEN AM COLLEGIUM HELVETICUM?], JOHANN JAKOB  
 STOCKER, [AN DEN ZUGER AMMANN BEAT II. ZURLAUBEN]<sup>1</sup>

---

"Cum hisce diebus a Domina parente mea [Ursula P f l u g e r] litteras acceperim, quibus, quam admirabili Illustri Dominatio sua me favore ac studio, prosequatur fui certior factus, et licet id multis iam argumentis perspectum atque exploratum habuerim; nullus tamen difficillior casus tantam erga me animi benefolentiam Illustri Dominationi suae licuit exhibere, quam in isto, quo me Illustri Dominatio sua cum excellentissimo senatu beneficio donavit [- der Rat der Stadt Zug wählte 1635 Stocker als Kaplan an die Schwarzmurerepfründe in Zug -]: Et quod maiori me admiratione affecit, cum nequaquam mihi ignotum sit, quantis patriae difficillimis negotijs [als Ammann von Stadt und Amt Zug] sit implicita, in tantisque rerum vicissitudinibus mei adhuc memorem fuisse. Propterea facere haud quaquam potui quin in singulas res meritaque in me colata Illustri Cominationi suae gratias agam; sed me hercule facio cum pudore: neque enim tanta necessitudo, quantam in hisce rebus mihi secum esse voluit, desiderare videtur gratiarum actionem, neque ego libenter proxima sua erga me benevolentia tam mihi munere defungor orationis, et malo presens observantia, indulgentia assiduitate memorem me sibi probare: sum igitur ad tantam animi benevolentiam remunerandam conatus mei infirmitas aspirare non possit nihilque mihi suppetitet praeter voluntatem hanc suae Illustri Dominationi humiliter offero, Voveo, ac Dedico. Interim suppliciter Illustrem Dominationem suam rogo, ne meo nomine Illustrissimo senatui pro tanta erga me benevolentia gratias agere immortales salutemque meam impertire dignetur, promptumque animum illi offero, et me propter absentiam usque ad Idus Augusti [=13. August] excuset, cum libenter suae Illustri Dominationis et Excellentissimi senatus placitis studia huius anni mea absolvarem, si vero difficultatem quandam involvat renunciantes mihi ad iussa exequenda presto ero."